

1691.

1. Berger, Jo. Henr.: Conclusionum forensium exactatis I.
2. Berger, Jo. Henr.: De privilegiis militum circa testa-
menta.
3. Berger, Jo. Henr.: De jure primae licitationis
4. Byszlagius, Jo. Bellh.: De atris I.
5. Byszlagius, Jo. Bellh.: De atris II.
6. Heber, G. Michael: ordinis forensis in acad. Witten-
berg. Decanus: naturae audiendi operam . . .
Inveni Jo. Walters . . . publice solemniterque dictus.
7. Heber, Georg Michael: De reprobationibus metalli-
corum circa rem metallicam.
8. Homius, Henr. Heimirus: De juribus circa sepa-
rationem singularibus.
9. Homius, Henr. Heimirus: Utrum in Saxonia actor
ad cautionem juratoriam sententia Edictus juri-
jurandi se substruere queat, si si juratores postea
invenierit, utriusque veritas?
10. Haenius, Joh. Carolus: De acquiritis observandis in judi-
candis et decidendis factis humanis

1691.


- 11^a 6 Rocherssen, Christianus: De jure majestatis circa
rem litetariam. 2 Exempl.
- 12^a 6 ~~6~~ ⁶ Schura, Gotfredus: De ciuitate mortuis 3. Exempl.
13. Schurmus, Gotfredus: De appellationibus cabrijn-
D'ciuitatis
14. Skykius, Samuel: De negotiis per interpretem
gestis
15. Skykius, Samuel: De principe vincente occasione
C. Lucius 11. D. de erit. . . .
- 16^a 6 Skykius, Samuel: De jure illustrium et nobilium
communis. 2 Exempl
17. Skykius, Samuel: De remissione inuentarii
18. ² Skykius, Samuel: De restitutione juris
19. Skykius, Samuel: De doteum sponsalicio et C.
proactera. 2 X. De sponsal.
20. Skykius, Samuel: De doteum unius dispensationum
et C. proactera 2 X. De sponsal.

1691

21. Trepper, Andreas: De jure majestatis c. 120

Amstelr.





Q. D. B. V.

1690 24/

D A C I A M
CONSULAREM,

11

PRÆSIDE

C. S. SCHURZFLEISCHIO,
Prof. Publ.

edisseret

M. JOHANNES FRANCISCI,
Coronâ-Transylv.

In Auditorio Majori,

D. 29. Martii,

A. C. M. DC. XC.



WITTEBERGÆ,

Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.





I.
Dacia, quæ Transylvaniam designat, & mediterranea nominatur, regnum fuit, priusquam ditioni Romanæ conjuncta est: postea inter provincias relata, Consularis fieri cœpit.

II. Ex Thracia literæ legesque Græcorum in Daciam traductæ sunt, quibus usâ videtur usque ad Trajani adventum, qui cum lingua Latina colonias Italicashuc deduxit.

III. Trajanus in hanc regionem, aditu difficilem, & angustis faucibusque montium quasi muricam & clausam penetravit, cum ei pateret via ad *portas ferreas*, a quarum transitu objectis cohortibus, facillè arceri potuisset.

IV. Aurum argentumque, quod in Dacia effossum est, devehebatur in Macedoniam, & tradebatur præfecto, qui Romanorum jussu impositus, Thessalonicae curabat, fructusque fodinarum & census publicos, in publicam Imperii utilitatem, erogabat ac dispensabat.

V. Inter tres Dacias nobilissima semper extitit *consularis*, sub qua constituti erant cum Ducibus suis *Dacia Alpeusis & Ripensis*. Omnes autem hæ Daciarum provinciæ tenebantur præfecto, regendæ Macedoniæ potestatem consecuto. VI.

VI. Etenim Dacia Orientali, & speciatim Illytico Orientali attributa est, Romanisque Imperatoribus tantisper paruit, dum spretâ Gallieni auctoritate insurgeret, & commota se in libertatem vindicaret,

VII. Quare cum Aurelianus Imper. viribus suis diffideret, eamque retineri posse desperaret, deductis inde præfidiis, Daciam neglexit, & jure per Trajanum acquisito, ac sub decem & octo Imperatoribus continuato cessit. Neque tamen sic omnia Latini cultus vestigia ibi deperdita sunt, ut lapides, viæ publicæ, rudera pontis Trajani, aliaque monumenta ostendunt.

VIII. Postea Imp. Græco-Romani, partitione Imperii facta, Daciam sibi vindicarunt, sed inclinatis horum rebus, Hunni in Daciam Pannoniamque moverunt, quibus ob crudelitatem excursionumque licentiam deletis, Hungari successerunt, sub quibus Germani & Saxones, fortes liberi que homines, regnante Geysa II. jus Civitatis in Transylvania adepti, septem castra, id est, septem urbes, quas etiam Germanorum Saxonumque posterii incolunt, læto felici que rerum suarum initio condiderunt, vel potius ante Hungaros conditas, cultu & habitatione sua excoluerunt ac nobilitarunt.

IX. Non ergo pro advenis, nedum pro peregrinis habendi sunt, qui multis retrò seculis in principa-

sum

tum remque publicam æquâ libertate, & pari *indigenatus* titulo coaluerunt, multisque aucti privilegii & immunitatibus, formam regendi popularem, & priscis etiam Germanis Saxonibusque usitatam, salvo Regum Principumque jure, in urbes suas admiserunt, ac turbato interdum Daciæ statu, principatuque mutato, constanter retinuerunt.

X. Recentiores sunt in Vngaria Germani, qui sub illud tempus, quo Ladislaus Posthumus regnum suscepit, cum manendi consilio propositoq; in Vngariam venerunt, & sedes ibi stabiles domiciliaque certa, sed conditione dispari, habere cœperunt.

XI. Quæ verò sæpe dominos mutavit Dacia, viros Europæ fortissimos genuit, sed nullos dedit, qui prisco Romanorum Imperio potirentur. Contra ex Pannonia, imprimisque ex oppido & agro Sirmiensi, plures Augusti Imperatores prodierunt. Ut crimen sit, non gratulari Augustissimo *Leopoldo*, qui altricem tot Imperatorum terram è faucibus barbarorum ereptam vindicat sibi, ac fortiter defendit, plenoque successionis jure ad filium *Josephum*, electum hoc anno & inauguratum Romanorum, atque hereditarium Ungarorum Regem, transmittit, Daciæque bonis conditionibus receptæ, SECURITATEM ex antiqva Romanorum formula feliciter præstat, maximus idem, ac primus, inter primos septem Leopoldos, Imperator Augustus, numeri divinitatem rarâ & admirabili felicitate complens.





ULB Halle
002 120 747


3




TA-200

1017







B.I.G.

Farbkarte #13

v. 1690 24/

L A M
AREM,

DE
LEISCHIO,

bl.
FRANCISCI,

Majori,
X C.

RGÆ,
ERI, Acad. Typ.

Decorum proan
de Macedonia p